paratio:

13. *in ſuperſtitibus*, ſubita ad diſſolutionem priùs, tum ad reſtitutionem *immutatio.*

14. Eaque, in *piis* quidem, *cum gaudio*, ex veræ vitæ, hoc eſt DEI, *illuminatione*, & *abolitione* priorum naturæ vitiorum:

15. in *impiis*, cum *dolore*, ex repugnantium ab omni parte rerum *ſenſione*; & *abolitione* priorum naturæ gaudiorum.

16. *Finis proximus* eſt judicium extremum: hoc eſt, *perfecta bonorum & malorum diſcretio.*

17. Cujus *efficiens* eadem ferè eſt quæ & reſurrectionis:

18. niſi quòd *humanitati* Chriſti in pronunciando ac jubendo;

19. *angelis* in citando & exſequendo;

20. etiam *homines ſancti* in ſuffragando & teſtificando, inſtar *inſtrumenti* quodammodo accedunt.